



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

I. Nicolaus, Herr von Rostock, übergibt dem Kloster Amelunxborn 60 Hufen oberhalb des Drans-See's, im J. 1233.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

später sogenannten kassischen Bauern sehr interessante und lehrreiche Ortsbeschreibung vorliegt, scheint dieselbe aus der ersten Hälfte des 15ten Jahrhunderts zu seyn. Daß sie noch von einem Mönche des Klosters Amelunborn und also vor 1430 verfaßt wurde, zeigt der Inhalt an mehreren Stellen. Da auch die Handschrift, die sich in dem gedachten Copialbuche vorfindet, offenbar eine Copie und nicht das Original selbst ist; so stimme ich mit vollem Glauben dem Herrn von Raumer bei, sofern derselbe vermuthet, daß dieses Urbarium der zum Hofe Dranseer gehörigen Kloster-Güter wohl schon im Anfange des 14ten Jahrhunderts aufgenommen sey.

Es schien auch interessant, diese Ortsbeschreibung mit einer spätern vom Jahre 1574, welche das Erbregister des Amtes Zechlin enthält, und weiter mit der Amtsbeschreibung Zechlin's vom Jahre 1721, so wie mit einigen andern neuern Nachrichten über die jetzige Lage jener ehemals Amelunborn'schen Klostergüter zu vergleichen, und die Verschiedenheiten der Zustände, welche sich daraus ergeben haben, in einigen Anmerkungen mitzutheilen.

U r k u n d e n.

I. Nicolaus, Herr von Rostock, übergiebt dem Kloster Amelunborn 60 Hufen oberhalb des Drans-See's, im J. 1233.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego nicolaus dominus de roztoc. omnibus in perpetuum. Cum omnes peccauerimus secundum apostolum. et egeamus gloria dei. summopere nobis inuigilandum est. illum horrendum diem mestionis extreme. semper misericordie operibus. maxime uero ad domesticos fidei preuenire. Sane nos qui plus de dono dei dinoscimur in presenti pro ceteris possidere. in multis sepius offendentes. ualde nobis timendum est. nisi ea que de suo accepimus. cum ministris suis. qui omnia postponentes et de fidelium elemosinis humiliter unire cupientes. parciamur. tunc inde grauius iudicari. unde si non omnia que habemus. erogare possumus. saltem aliqua minuta in gazophilatium domini iaciamus. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris. quod nos pro salute nostra. nec non antecessorum nostrorum venerabilibus fratribus ecclesie amelungebornensis. cisterciensis ordinis. Sexaginta mansos supra stagnum. quod drans dicitur. ab omni iure secularis potestatis exemptos. cum pratis. nemoribus. vsuagiis. pascuis. in butco et plano. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. stagnis. et piscationibus in uis et femitis. et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. secundum privilegia doberanensis ecclesie. accedente nimirum astipulatione fratrum nostrorum Johannis uidelicet et Heinrici ac pribizlani. contulimus perpetuo possidendos. vt autem hec nostra donatio per successura temporum momenta firma permaneat. et inconcussa. hanc paginam inde conscriptam. sigilli nostri appensione. ac testium inscriptione. duximus roborandam. Testes hii sunt. Godefridus abbas. Heinricus cantor. Doberanensis. Tidericus. Helyas. Erkenfridus Reinerus. canonici de Guztowe. Heinricus Gamba. Conradus dapifer. Heinricus grubo. Heinricus de dudinge. Johannes de erupelin. Milites de guztowe. Gotimerus et iohannes frater suus. Zlantech. Iacobus. nobilis. Robertus de bralin. Heinricus Dargrazh. Gerhardus scovko. aduocatus de robole. et alii quam plures. Datum Guztowe. per manum conradi scriptoris. VI^o idus martii. Iudicacione VI^o Anno domini M^o CC^o XXXIII. Regnante fratherico uero glorioso romanorum imperatore.